

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia ba  
cum fonte primo

Quam multos seducit cupiditas,  
quam plures perdidit auaricia!  
Balaam asella redarguit et pedem sedentis attriuit,  
quia captus cupidine promissorum  
disposuerat maledicere Israeli.  
Achor populus lapidauit quia tulit  
argentum et aurum de anathemate Ierico.  
Nabot interemptus est ut Achab uineam possideret.  
Gryesi lepra perfudit quia peciit  
et recepit argentum et uestes sub nomine Elisei.  
Iudas laqueo se suspendit  
quia uendidit et tradidit Christum.  
Ananiam et Zaphiram subitanea mors extinxit  
quia de precio agri defraudauit apostolum.  
Edificauit Tyrus municionem suam et coaceruauit  
aurum et argentum quasi lutum platearum,  
sed ecce Dominus possidet  
eam et percussit fortitudinem eius.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

Quam multos seduxit cupiditas!  
Quam plures perdidit auaricia!  
Balaam asella redarguit et pedes sedentis attriuit  
quia, captus cupiditate promissorum,  
disposuerat maledicere Israeli.  
Achor populus lapidauit quia tulit  
aurum et argentum de anathemate Iericho.  
Naboth interemptus est ut Achab uineam possideret.  
Gyezi lepra perfudit quia peciit  
et recepit argentum et uestes sub nomine Helysei.  
Iudas laqueo se suspendit  
quia uendidit et tradidit Christum.  
Ananiam et Saphiram subitanea mors extinxit  
quia de precio agri defraudauerunt apostolum.  
“Edificauit Tyrus municionem suam et coaceruauit  
argentum quasi humum et aurum ut lutum platearum.  
Set ecce, Dominus possidebit  
eam et percuciet in mari fortitudinem eius  
et hec igni deuorabit.”

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.9  
(R.E. Lewis ed., pp.155/157, ll.1-16).